

Angers 1 (lat)

HIC^{ab} EST IESTA

Annum quarto regnum domni nostri Childeberto reges, quod fecit misisus^c **ille**, dies **tantus**, cum iuxta consuetudinem Andicavis civetate curia publica resedere^d in foro, ibiquae vir magnificus **illi** prosecutor dixit:

„Rogo te, vir laudabilis, **illi** defensor, **illi** curator, **illi** magister militum vel reliquam curia publica, |¹ utique obticis^e puplici patere iobeatis, qu[i]a^f habeo, quid apud acta prose[qu]ere^g debiam.“

Deffensor, principalis simul et omnis curia publica dixerunt:

„Patent tibi cotecis puplici; proseguere que optas.“

Obodire^h **illa** per mandato suo pagina mihi iniunxit, ut prosecutor existere deberit, qualiter mandatum, quam ,in dulcissimo iocaliⁱ meo **illo** ficiⁱ pro omnis causacionis suas, tam in paco quam et in palacio seu in qualibet loca, accidere faciat. Illas porciones meas, quem ex alote parentum meorum aei legibus obvenit vel obvenire debet, aut iustissime aei est reddebitum, ,ae[c]^j contra parentis suis^k vel^l contra cuiuslibet hominem accidere vel admallare seu adliticare^m faciasⁱ. Inspecto illo mandato, quem in dulcissimo |² iocali meo **illo** fici, gestis municipalibus adlegare debeam.“

Curia viro dixerunt:

„Mandato, quem tibi habere dicis, accipiat vir venerabilis **illi** diaconus et amanuensis.“

illiⁿ prosecutor dixit:

Rego^o domno^p meis omnibus puplicis, ut sicut mandatum istum legebus cognovistis esse factum, ut dotem, quem per manebus tenio, vobis presentibus in foro puplico iobeatis recitare“. Curia vero dixerunt: „Dotem, quem te dicis per manibus retinere, **illi** diaconus et amanuensis Andecavis civetate nobis presentibus accipiat relegendum.“

Quo accepto dixit:

INCIPIIT MANDATUS

„Domno mihi iocali meo **illo**. Rogo adque supplico dulcissima gracia vestra, ut ad vicem meam omnis causacionis nostras, tam in pago quam et in palacio seo in qualibet loqua, accidere faciatis. |³ Et illas porciones nostras, quem ex alote parentum eorum^q mihi legibus obvenisse vel obvenire debet, aut iustissime nobis est redebitum, haec contra parentis meus vel contra cuiuslibit hominum accidere vel admallare seu adliticare faciatis. Et quicquid exinde ad vicem nostram egeris, feceris gesserisve, etenim me abiturum esse cognoscas ratum.“

Iuratum mandatum Andecavis civetate^r curia publica

INCIPIIT^s CESSIO

„Dulcissima et cum integra amore diligenda sponsa mea, filia **illius**, nomen **illa**, ego **illi**. Et qu[i]a^t propicio Domeno, iuxta consuetudinem una cum voluntate parentum tuorum spunsavi, proinde cido tibi de rem paupertatis meae, tam pro [...] sponsaliciae quam pro largitate tuae, hoc est casa cum curte, circumcincte, mobile |⁴ et immobile. Vineas, silvas, pratas, pascuas, aquas aquarumvae^u decursibus iunctis et subiunctis et in omnia superius

nominata, dulcissima^v sponsa mea, ad diae filicissimo nupciarum tibi per hanc cessione dileco adque transfundo, ut in tuae iure hoc recepere debias. Cido tibi brace valente soledis **tantus**, tonecas **tantas**, lectario ad lecto vestito valento soledis **tantus**, in aures aureas valente soledus **tantis**, annulus valentus soledus **tantus**. Cido tibi caballus cum sambuca et omnia stratura sua, boves **tantus**, vaccas cum sequentes **tantas**, ovis **tantus**, sodis^w **tantis**. Haec omnia subscripta rem in tuae iure et dominacione hoc recipere debias vel posteris suis^x |⁵ [qui]^y inter nus procreati fuerunt, derelinquentis^z salvo^{aa} iure sancti **illius**, cuius terre esse videtur. Et [si]^{ab} fuerit ullumquam tempore, qui contra hanc cessione ista, quem ego in te bona voluntate conscribere rogavi, aut ego ipsi, aut ullus de heredibus meis vel propinquis meis, aut qualibet homo vel extranea aut emissa persona, venire voluerit, aut agere vel repetire presumpserit, ante lite ingressus duplet tibi tantum et alio tantum, quantum cessio ista contenit, aut eo tempore meliorata valuerit^{ac} et repeticio^{ad} sua non opteniat effectum, et haec cessio ista adque volomtas nostra, omni tempore firma permaneat.“

Post haec curia ait:

„Se adhuc aliquid abis ex hac causa aut agere debias, |⁶ dici tu^{ae} in presente.“

Illi prosecutor dixit:

„Gracias agerem [m]agnitudine^{af} vestrae, quod dotem sua scripta, quem prosequo, gestis municipalibus, ut abuit karetas vestra, alegassetis. Et^{ag} it fecisse[m] vobis, ex more conscripse^{ah}

^aHIC ... Annum] Formula sollemnis des dote. Hic est testamentum *Mab*

^bHIC ... puplica] = *Roz* 260

^cmisus] minus *Ze*

^dresedere] = sedere

^eobticis] = obtices; coticis *emendiert Ze*

^fquia] für qua *Fu*₂, vgl. *Marculf II,37, Tours 3, Flavigny Pa+Ko*; *Ze* schlägt vor qua als quia zu lesen

^gprosequere] = *prosequi*; für *proseuere Fu*₂, so auch *Ze*

^hObodire] oboedire *Ze*

ⁱocali] = iugali

^jaec contra] für ae contra *Fu*₂, vgl. unten haec contra; aecontra *ediert Ze*

^ksuis] lies meis

^lvel] verbessert aus ve[...] *Fu*₂

^madliticare] für et liticare *Fu*₂, vgl. unten admallare seu adliticare

ⁿIlli] für Iilli *Fu*₂, so auch *Ze*

^oRego] rogo *emendiert Ze*

^pdomno] = dom(i)nor

^qeorum] lies tuorum; meorum *emendiert Ze*

^rcivetate] civet *Fu*₂

^sINCIPIT ... conscripse] = *Roz* 222

^tquia] für qua *Fu*₂; *Ze* schlägt vor qua als quia zu lesen

^uaquarumvae decursibus] für aquarumvae vel decursibus *Fu*₂, so auch *Ze*

^vdulcissima] tu von späterer Hand in margine vor dulcissima ergänzt *Fu*₂

^wsodis] = sudis = suis für soledis *Fu*₂, so auch *Ze*

^xsuis] lies tuis

^yqui] ergänzt, fehlt *Fu*₂; [si] ergänzen *Mab, Ze*

^zderelinquentis] lies derelinquas

^{aa}salvo] für aliu *Fu*₂, vgl. *Marculf II,13, Tours 8 und Tours 43*; salvi *emendiert Ze*

^{ab}si] ergänzt, fehlt *Fu*₂, so auch *Mab, Ze*

^{ac}valuerit] für voluerit *Fu*₂; *Ze* schlägt vor voluerit als valuerit zu lesen

^{ad}repeticio] verbessert aus repetitione *Fu*₂

^{ae}dici tu] dicitu Zeu

^{af}agerem magnitudine] für agēm agnitudine Fu_2 , so auch Roz; agere magnitudine emendiert Zeu

^{ag}alegassetis Et] für alegassetie Fu_2 ; alegassetis emendiert Zeu

^{ah}INCIPIIT ... conscripse] = Roz 222

¹[fol. 136^v]

²[fol. 137^r]

³[fol. 137^v]

⁴[fol. 138^r]

⁵[fol. 138^v]

⁶[fol. 139^r]

Formulae Litterae Chartae

